



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

320. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

catus officium non admitti.

*Item ex eodem.*

CCCXVI. Quicumque habitum secula-  
rem præsumpserit, ab Ecclesia expellatur.

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCCXVII. De his qui acta pœnitentia ad pristina redeunt peccata, antiquorum patrum decernunt Concilia, ut qui acta pœnitentia tanquam canes ac fues ad vomitus pristinos & ad volutabra redeunt, quousque ad remedia pœnitentiæ recurrant & ad omis- sum ordinem revertantur, excommunicati & anathema condemnati habeantur.

Concil. Tolet. 6. c. 7.  
Vide Decreta Siricij c. 5.  
Concil. Aurelian. 1. c. 13.  
& Halitgar. lib. 3. c. 8.

De eadem re. *Ex dictis sancti Gregorij.*

CCCXVIII. Qui se inlicita meminit commississe, à licitis etiam studeat abstinere; quatinus per hoc conditori suo satisfaciat; ut qui commisit prohibita, sibimet abscidere debeat etiam concessa.

Burchard. lib. 19. c. 65.

De eadem re. *Ex epistola Leonis.*

CCCXIX. Inlicitorum veniam postulantem oportet etiam à licitis abstinere, dicente Apostolo: *Omnia licent, sed non omnia expediunt.* [ *Vide Rhabani epistolam ad Heribaldum Autissiodor. cap. xv.* ]

Decreta Leonis 1. c. 22.  
Halitgar. lib. 3. c. 5.  
Lib. 7. Capitular. c. 43.  
1. Cor. 6.

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCCXX. Ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti etiam sententia condemnantur.

Burchard. lib. 19. c. 158.